



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

20. Quomodo defunctus axio filio apparet in somnis, & de chirographo certiozem reddit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

936 COLLATION. SACRA R.  
& ad discipulos ostiis clausis ingressum fuisse  
non credunt.

*D. Augustinus lib. de cura pro mortuis gerenda cap.  
11. Pater defunctus anxio filio apparet in somnis,  
& de Chirographo certiore reddat,*

*CAP. XX.*

**P**RO certo, cum Mediolani essemus, audi-  
uimus, quod cum debitum repeteretur, a  
quodam defuncti patris cautione prolata, quod  
filio nesciente a patre iam fuerat persolutum,  
contristari homo grauissimè cepit atque mi-  
rari, quod ei pater moriens, non dixerit quid  
deberet, cum fecisset etiam testamentum. Tunc  
nimis anxio apparuit idem pater eius in som-  
nis, & ubi esset recantum, quo illa cautio va-  
cuata fuerat, indicauit. Quo inuento iuuenis  
atque monstrato, non solum falsi debiti calum-  
niam propulsauit, sed etiam paternum recepit  
chirographum, quod pater non receperat, quan-  
do persoluta est pecunia.

*D. Augustinus ibidem. Augustinus adhuc uiuens,  
Eulogio rhetori de loco Ciceronis obscuro sollici-  
to, in somnis apparet, exponens illi quod non intel-  
ligebat.*

*CAP. XXI.*

**N**OBIS apud Mediolanum constitutis Car-  
thaginis rhetor Eulogius, qui meus in  
eadem arte discipulus fuit, sicut mihi ipse po-  
steaquam in Africam remeauimus, retulit, cum  
rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis tra-  
deret